

S V M M A  
CONCILIORVM  
ET PONTIFICVM A

PETRO VSQVE AD  
collecta per F. Barth. Cermanzam  
Miranden. ordinis præ-  
dicatorum.

*Adiectis ad finem canonibus alijs Concilij  
Niceni, nuper repertis.*

Accesserunt etiam statuta quædam Synoda-  
lia Parisiensis, & Senonensis Ecclesiæ,  
nuper ex manuscriptis exempla-  
ribus in lucem prolata.

*Cum indice nouo copiosissimo.*



L V G D V N I,  
EX OFFICINA I V N T A R V M.

M. D. LXXXVII.

*Her aduoz de lic. sup. J. J. J. J.*

QUAE IN HOC VOLV-  
mine continentur.

Canones Apostolorum.

Summa omnium Conciliorum, in qua hi Cano-  
nes adiecti sunt.

Canones sexta synodi generalis.

Septima synodi generalis, & canones eiusdem.

Octava synodus generalis, & canones eiusdem.

Canones concilij Ephesini generalis.

Decretalis Martini quinti & Calisti tertij de  
annui census licita emptione & venditione ex-  
plicatio.

Acta, & Canones concilij Tridentini generalis.

Summa aliorum canonum concilij Niceni.

Synodalia quaedam statuta Parisiensis & Seno-  
nensis Ecclesiae.





ADMODVM ILLVSTRI


& Praclaro Domino Diego Hurtado Mendoza,  
apud Remp. Venetorum oratori, & in sacro-  
sancta synodo Tridentina Caesarea ma-  
iestatis vicegerenti, F. B. Bar-  
tholomaeus Carranzae Mi-  
randen. Instituti S.

Dominici.

S. R.



VM mecum hisce diebus vol-  
uerem, Diege, magnū & no-  
bilitatis & studiorum decus,  
& nostrae laus Hispaniae, quid  
mihi potissimum agendum  
foret dum Deus Opt. Max. viam aliquam  
ostendit concilio futuro, si quando, nunc  
admodum necessario, in tātis ecclesiae pro-  
cellis, & vitae malis, subiit animum relegere  
maiorum nostrorum acta in conciliis anti-  
quioribus. Et puduit me, vt ingenti è fete-  
nostrorum morum, expuere libuit in sinū,  
subinde repetens, En à quanto culmine de-  
cidimus, en segnitiam, & oscitantiam no-  
stram, en gentem à Christo & redemptam,  
& factam rerum dominam! Vbi fide char-



FRATER PETRVS SOTO-  
maior ad scholasticos Theologicae  
facultatis sancti Gregorij  
in valle Oletana.

\* \* \*



ON ambigo, patres optimi, & ti-  
teris, & morum probitate insignes,  
quam probe noveritis omnes nostrum  
patrem Bartholomaeum Adrædem,  
meum iam olim, simul ac vestrum

praeceptorem, cuius quidem vel animi erga vos pro-  
pensissimam benevolentiam, vel in quotidianis su-  
cræ Theologiae prælectionibus (dum studet maxi-  
mè vobis esse & sui) improbam sollicitudinem, vel in  
vestrae religionis augmentum flagrantissimam cha-  
ritatem, omnibus vobis multis magnisque argumen-  
tis esse perspectam, haud me clam est. Sed nunc hoc  
ipsum nouo quodam officij genere neutiquam vul-  
gari pernoscite. Cum enim animaduerteret vestrae  
utilitatis studiosissimus maximam commoditatem  
& accessionem vestris studijs adieclam iri, si le-  
ctioni assiduae diuini Thomae lectio simul conciliorum  
esset adiuncta, quibus rebus integrum atque abso-  
lutum theologum aestimare par est, nam utrunque  
per se indigens, alterum alterius auxilio eget, cu-  
rauit diligentissime omnium conciliorum, quae ha-